

Notitiae Ecclesiasticae saeculi III.

portavit. Ipseque demum peste contractus, orbem insenserter devastante, occubuit. Tuncque Aurelianum exercitus Imperatorem proclamarunt, a quo prorogata est in Christianos indesinens, atque in dies saevius persecutio. Sub hoc martyrium passi Felix Papa Dionysius successor, Symphorianus, Restituta Virgo, Synesius lector, Athenodorus, Gregorii Thaumaturgi germanus, Manas apud Cæsaream Cappadocum scriptis Basilii celebratus, Ipsi demum Aurelianus, qui tam multos innocentes necaverat, necatus est Mæstei infidis, anteverentis mortem, quam ipsimet fuerat interminatus Aurelianus. Romanam civitatem sic Aurelianus ampliavit, ut mutorum ambitus (si Vopice habenda sit fides) ad quinquaginta millaria perduxit sit. Aureliano successor datus est Tacitus, qui ad Tacitum praestantem historicum suum referebat progeniem; Quo febi consumpto, Probus Imperium sumpsit. Iste paucis annis res maximas bello geffis; Germanos universa ex Gallia, quam occupaverant, exigit; Sarmatas ex Illyrico, Gotthos ex Thracia debellatos repulit; Blemmos subegit, tyrannos profligavit; Parthos & Perfas ad pacem secum componendam adegit. Ecclesia Christi sub hoc Principe, non minus, quam nomine probo, continuam pacem habuit.

25. Anno Christi 270. Probo imperium tenente Manes, qui & Manichæus, nova heres virus effudit, lateque in animarum perniciem propagavit. Duo retum principia, eaque ab eterno existentia docuit. Unum horum bonum totius natura spiritualis, & animarum rationalium conditorem, novaque sub Christo legis auctorem; alterum vero huic adversum & malum, corporarum substantiarum opificem, Mosiacarum praeceptorum legislatorem, animarum corpora informantium creatorem. Duas in singulis hominibus inesse animas prædicabat, bonam unam a principio bono extortam, intellectualem ac rationalem: alteram malam a malo principio profectam, qua corpore substantia forma sit, eique vitam impertiat, quæque universa peccata operatur. Christum vero negabat carnem assumptam, cum sit caro de se mala, omnisque mali fomes. Eam etiam ob caussam Martyrum reliquias execrabantur. Se quoque paracletum jactabat esse, Montani delirium & arrogiantiam æmulatus. Cum demum veterator iste Regis Perfarum pollicitus esset se filium ejus periculose ægrotantem ospitem solis suis precibus redditum, amandatis procœl medici filius Regis inter Manetis manus expiravit. At Manes, iussu Regis quem delusus, toto corpore exoriatus meritas impostura sua penas luit.

26. Extincto Probo suffectus est Manlius Aurelius Carus, qui liberos suos Numerianum & Carinum Cæsares fecit. Carus Narbone oriundus, devictis bello Persis, recepta Mesopotamia, & ad Ctesiphontem usque progressus fulminis itæ perimitur. Numerianus vero debilitatem ex morte patris, nimio fetu oculis, dum lectica vehitur, infidus Apri perfidi socii sui, hoc parcidio viam sibi ad regnum munire volentis, occiditur. Tum vero Diocletiano Dalmata Romanus exercitus Imperium defecit: quo ille accepto perfidum Apium fupate manus obrucnat. Id contigit Septembri mense, anno Christi 284. decurrente.

27. Nulli sub Imperio Cari leguntur Martires: at multi sub Numeriano, quales Roma Pontifex Eutychianus, Chrysanthus & Daria conjuges, & in provinciis plerique alii. Unde conciendum videtur, Numerianum, cum Cesarem ageret, hanc perfectionis procellam proprio marte, inconsulto aut dissimilante patre, sufficisse. Carinus patri fratricide superstites, perveritate morum, odia omnium in se concitat, atque infrequente anno, cum arma contra Diocletianum movebat, a suis apud Murgium oppidum Mezia proditus, Diocletiani traditus est militibus, qui statim illum peremerunt. Iste vero Diocletianus regni sui primordio rusticos in Gallis tumultantes, quos Bacandas vocabant, profligavit, millo contra illos Herculeo Maximiano quem Cesaris dignitate decorarat. Anno deinde 286, eundem Maximilanum creavit Augustum, succedentesque diversis ex partibus caufis bellorum, Cesares novos fecit Constantium Chlorum, (cujus postmodum filius Constantinus divina providentia ad Imperium apicem promovebatur) & Galerium Maximianum, qui eo quod armentorum aliquando pastor fuisset, Armentarii cognomen habuit. Statimque hi ad diversa bella accincti profecti sunt. Carausius Dux in Britannicis, quas occupaverat, insulsi, potens armis herebat; Achilleus Ægyptum invaserat atque uteque Imperii sumpergat insignia: Narces Persarum Rex limites Orientis infestabat. Quinquegentianus seu Pentapolitanus Africam incursantes populabantur. Ambos Cesares affinitate sibi duo Augusti devinxere, antequam bellicas expeditiones reperit: huic enim genti Bartholomeus Apostolus fidem inter se partierunt. Diocletianus filiam suam Valeria-

28. Ambo tandem Augusti Diocletianus Nicomedie, & hujus suasione Maximianus Mediolani eodem die Imperium dimiserunt. Id anno Diocletiani vigesimo & Christi trecentesimo quarto contigit eodemque sinu die renunciati sunt Augusti Constantius Chlorus, & Maximianus Galerius Armentarius. Hic vero duos Cesares fecit, Severum, & Maximinum suum ex sorore nepotem, quem Orienti, priorem vero Italie præfecit. Constantius reliquis abdicatis provinciis solam sibi Galiam, & Hispaniam cum Britannia retinuit.

29. Ambo tandem Augusti Diocletianus Nicomedie, & hujus suasione Maximianus Mediolani eodem die Imperium dimiserunt. Id anno Diocletiani vigesimo & Christi trecentesimo quarto contigit eodemque sinu die renunciati sunt Augusti Constantius Chlorus, & Maximianus Galerius Armentarius. Hic vero duos Cesares fecit, Severum, & Maximinum suum ex sorore nepotem, quem Orienti, priorem vero Italie præfecit. Constantius reliquis abdicatis provinciis solam sibi Galiam, & Hispaniam cum Britannia retinuit.

30. Extra fines Imperii magna hoc faculo facta est in Oriente rerum conuersio. Persa cum ante sub Parthorum regno fuissent, contra illorum regem Artabanum rebellarunt, duce Artaxerxe, qui tribus prælisis Parthos superavit, ipsumque Artabanum occidit, atque subiecti sibi Parthis vetus Persarum regnum, ab Alexandro Macedone excisum, instauravit, a quo deinceps graves Romanii clades perpepsi sunt.

31. Doctores insignes Ecclesiam hac estate illustrarunt. Pantanus in primis Christianas scholas rexit, quas longo ante ipsum tempore suisse Alexandria insitutas tradit Eusebius. Hic ad prædicandum Indis sacram Evangelium five a Juliano (ut scribit Eusebius) Alexandria Episcopo, five a Juliani successore Demetrio, ut testatum reliquit Hieronymus, Evangelium Matthæi quod ante fuerat receptum in illis regiisibus reperit: huic enim genti Bartholomeus Apostolus fidem

Chri-

Historica Synopsis.

Christi predicatorerat, & Matthæi Evangelium Hebreice scriptum reliquerat, quod fuerat a Christianorum ibi commonorantem reliquias religiose asservatum. Reliqui post se Pantanus plerosque sua pietatis atque eruditio- nis successores, inter quos eminent præcipuis ejus discipulus Clemens Alexandrinus, præceptoris sui magnificus laudator, divinarum humanarumque disciplinarum (ut ejus scripta produnt) peritisimus. Ex eadem scho- la prodit Origenes Clementis discipulus, stupendi ingeni, quem eruditissimus gentilium Plotinus Amelius, & ipse Christianus intensissimus Porphyrius in admiratione habuerunt, & testi sunt Origenem arcem eruditiois tenuisse. Apollonius Senator, qui Commodo imperium tenente scriptum a se pro Christianis apologiam in Senatu recitat, cuius decreto caput illi amputatum est. Gregorius Thaumaturgus, Julius Africanus, Heraclas Alexandrinus Episcopus, Ammonius Philosopham Alex- andrinæ magna celebritate professus, cuius auditor (te- stite Porphyrio Plotinus fuit). In Africa Tertullianus, qui postquam scriptis omnem laudem excedentibus orthodoxam fidem invictissime defendit, miserando tandem Iapu in Cataphrygum heresim deflexit. Roma Minutius felix. Carthagine Caecilius Cyprianus, doctrina summa, eloquentia, lanctitiantique specimen egregium. Alexan- dricus Dionysius Episcopus, de quo superioris est actum. Pamphilus Cæsareae Palæstinæ Presbyter, & Lucianus Antiochæ Presbyter, ambo doctissimi, qui sub Maximino martyrum passi. Arnobius, ex gentili artis rhetori- ca profectus, factus Christianus, & hujus discipulus Læctianus Firmianus, Crispi Cæsarii magni Constantini filii tutor, quo nemo inter Ecclesiasticos Scriptores Latine politior.

CONCILIA DIVERSIS LOCIS

Ad reprobandum hereticorum Baptismum
habita.

1. Tertio decurrente saeculo, seges plurimarum in Ecclesia concertationum fuit tantopere agitata quæatio de validitate collati ab hereticis baptismi. Motu priuum haec disputatio fuit a Presulibus Africanis sub Agrippino Carthaginis Episcopo, qui hac de re Concilium Africanorum convocavit, quo decretum fuit, quoque ab hereticis baptizatos nullatenus esse in Ecclesia admittendos, nisi denus in Ecclesia baptis- mus accipiant, ut memoria prodit Cyprianus, ep. 71. ad Quintum: *Quod quidem (inquit) Agrippinus cum ceteris coepicopis suis, qui illo tempore in Provincia Africa & Numidia Ecclesiam Dei gubernabant, statuit, & librato Concilii communis examine firmavit, quorum sententiam nos etiam sequui sumus.* Idemque repetit epist. 73. ad Jubajanum. Quo vero ita sub Agrippino Synodus pleniorum fortiter autoritatem, altera quoque Africorum Patrum Synodus ab eodem indicata est Cypriano, convenientibus uno & septuaginta Episcopis, qui præcedens decretum, nemine contradicente, firma- runt. Post hoc scripsit hac de re Cyprianus synodicam ad Stephanum Romanæ Ecclesie Episcopum epistolam, sub cuius finem providens ne ex ita concertatione ul- lum schisma nasceretur, ut ipse contestatur, addit, nihil ito decreto præjudicari aliorum libertati, ut licet eis oppositum sentire, si ita eis videatur, sine ulla Ecclesiastice unitatis labo. His acceptis litteris, Stephanus Africani Concilii sanctionem reprobavit, vetutique ne quis auderet a contraria traditione Apostolica recede- re. Cui tamen Stephani rescripto Cyprianus minime acquievit, sed referunt querimoniarum de Stephano epist. 74. ad Pompejum scripti, qua Stephanum tum su- perbia, tum imprudentia insimulat. In quo sane moderationis limites haud dubie translatae. Quin etiam alteram fine mora convocat Africanorum Episcoporum Synodus octoginta & septem, ex provinciis Africæ, & Mauritania & Numidia: in cuius initio prefatur, non esse dirimentam ab his qui dissentient communionem & pacem. Deinde tacito Stephani nomine, ipsum paulo acris restringit his verbis: *Neque enim se quisquam nostrum Episcopum Episcoporum constituit, aut tyramica terrore ad obsequi necessitatem collegas suis adiungit.* Quo ex loco, atque ex Tertulliani libro aduersus Psychicos, cap. 1. ubi Romanum Pontificem pariter Episcopum Episcoporum nuncupat, conjicitur hunc suisse præcis illis facultis, unum de titulis communiter illi attributis. Isto demum Concilio præcedentium sanctio fuit reno- vata. Ceterum ab ista culpa mox resipuisse Africanos Patres prodit Hieronymus, in Dialogo adversus Luciferianos, sic dicens: *Denique illi ipsi Episcopi, qui reba- ptizandos esse hereticos cum ipso (Cypriano) statuerant,*

novum emiserere decretum. Quid facimus? Ita nobis ma-iores nostri, & illi sui tradidere majores.

2. Augustinus lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 4. dubitat num Cyprianus suam tandem de Baptismo hereticorum mutaverit sententiam, dicens: *Et for- tasse factum est, sed nescimus; neque enim omnia que illo tempore inter Episcopos gesta sunt, memoria litterisque mandari potuerunt, aut omnia que mandata sunt novimus.* Atque idem epist. 48. sic de Cypriano loquitur: *Correside autem istam sententiam non inventur: non incongruer tam in itali viro existimandum est quod corixerit; & fortasse suppressum sit ab eis, qui hoc errore nimis delestat sunt, & tanto velut parochio carere moluerunt.* Exemplo certe S. Cypriani, S. Augustinus pafus Donatistas expugnat; quatenus ille, certi- que Patres Africani, licet diversa sentientes, universitas atque unitatis Ecclesiasticae conservanda semper fuere solliciti: Donatisti ex adverso fuere adeo in suo sensu pertinaces, ut a Petri fede, atque ab universa Ecclesia Catholica diverterint, neque ullum in sectam suam asciverint, nisi ejusratio Baptismo, quem prius in Ecclesia Catholica suscepserat.

3. Idem fere temporibus, Stephano Summo Pontifice, duce in Orientis partibus Synodi hoc idem, de re baptizandis hereticis quibuscumque, decreverant, Iconii & Synadi anno circiter 256. quarum meminere S. Dionysius Alexandrinus, epist. ad Philemonem Romanum Presbyterum, & Eusebius lib. 7. histori Ecclesiast. cap. 7. Firmilianus quoque Cæsareae Cappadocum Episcopus Metropolites, cum multis Cappadociæ & Ponti Episcopis, huic errori tenaciter adhaesit: ut liquet ex ejusdem ad Cyprianum epistola, quæ est inter Cyprianicas 61. in qua graviter expostrat se a Stephano suisse de communione Ecclesia defectum. Et potuit utique fieri, ut ipsum solum ad incutendum alias terrem a cœtu fidem sejunxit, nihil tale ausus in Dionysium Alexandrinum, Ægyptique Patriarcham, vel in Cyprianum Carthaginæ & Africe Primatem, veritus imminentis periculum, si communionis exortes fierent tam multæ Ecclesie, tantæque existimationis Prelati. Fortassis etiam Firmilianus, iracundia abruptus a Stephani comminationis, perinde ac si res ipsa completa esset, quasi modum excedentis severitatem exaggerat. Ipse tamen Cyprianus quamquam asperius de Stephano, tum alibi, tum praefert in sua ad Antonianum epistola quiritetur, & Augustinus qui tam saepe tamque prolixè de his passim dis- putat, neque Eusebius ullamens de excommunicatione sermonem habent. Immo vero illasam fraternalm dilectionem, & pacem in his concertationibus servasse refert Augustinus lib. 5. de Baptismo, cap. 25. aliique locis. Eusebius autem lib. 7. cap. 5. ex epistola Dionysii Alexandrinii refert, Stephanum scribentem ad Ecclesias Ciliciae, Cappadocia, Galatæ, aliaque his finitimas Carthaginæ & Africe Primatem, veritus imminentis periculum, si communionis exortes fierent tam multæ Ecclesie, tantæque existimationis Prelati. Fortassis etiam Firmilianus, iracundia abruptus a Stephani comminationis, perinde ac si res ipsa completa esset, quasi modum excedentis severitatem exaggerat. Ipse tamen Cyprianus quamquam asperius de Stephano, tum alibi, tum praefert in sua ad Antonianum epistola quiritetur, & Augustinus qui tam saepe tamque prolixè de his passim dis- putat, neque Firmilianus in errore diu persistiter, ut facile conjectur ex Dionysii allegatis ab Eusebio literis: idque etiam convincit Basilii testimonio, qui in sua ad Amphiphilium epistola aperte de Dionysio conqueritur, quod baptismum Pepusianorum hereticorum; Montani heresarchæ sectariorum, approbat; etiam in his, quam in ceteris hereticis, gravior Baptismi eorum reprobandi causa foret, eo quod Pepusiani alium Paracletum predicarent, quam quem Ecclesia Catholica in Baptismo invocat, eum scilicet, quem falsa deceptione illi credebant fuisse in Montano incarnatum. Ceterum Dionysii ab errore pristino resipiscens mens erat, quemadmodum Stephanus Papæ, baptismum non mutuare virtutem & efficaciam ab interiori ministeri dispositione, vel cogitatione, sed ab externis & sensibilibus signis, & verbis a Christo institutis. Atque ita quantumcunque Pepusianus hereticus, aut Montanus, de Divinis personis deliret ac hallucinetur, dummodo tres Personas enunciaret, quomodo enunciari Christus instituit, ratus validusque sit baptismus. Id ipsum vero postmodum diffringit his verbis: *De Afris quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent, placuit ut si ad Ecclesiam aliquis de heresi venerit interrogent eum symbolum; & si perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum.* Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur. Agebat tunc temporis de Donatistis per Africam dispersis, qui quoscunque sive ab Ecclesia Catholica, siue in diversa secta baptizatos ad se deficiente solebant rebaptizare.